

or, quam vulgo creditur, nam quæ supponunt, Principia volunt esse indubia, atque, quæ inde deducuntur rerum causas sufficienter ex iis demonstratas, existimant. Utrumque verò suas patitur instantias, quamvis enim multa scimus, ea tamen omnia minima pars sunt eorum quæ ignoramus & scire possumus.

Salmuth in  
Comm ad  
Panciroll.  
de Reb. P.  
2. Tit. 17. p.  
280. confer  
Cardin.

## CAP. II.

Instituti nostri ratio jubet, ut jam à Posteriori quoque seu per effecta monstremus Theseos veritatem, & quæ inde concludenda sint monemus. Non ergo in congrue factum erit, si communes Physicorum libros *νατὰ πρόφα* secuti, à Principiis ad Principiata progrediemur. Sit ergo

Cusanum,  
de docto I-  
gnorantia.

### §. I.

*Principia Physica omnia sunt insufficientia.*

Nihil est, quod magis exercuit Philosophorum hætenus ingenia, quam Principiorum investigatione; cum prima Rerum Initia in abdito Naturæ delitescant, vixque ab humana mente erui possint. Librum, non Dissertationem conscriberemus, si per singulas Philosophorum sectas hoc probare vellemus: Sufficiens tamen probatio est, si Theseos non demonstrari poterit Contrarium, darique ad eam instantia. Speciatim quidem si res tractanda; facilior est refutatio eorum, qui unicum omnium Corporum internum Principium statuunt: quale Aqua est Tha-

Phil. V. & N.  
Physic. p. 17.